

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 5. De sanctissimo Sacramento, ut est panis vitæ. Ego sum panis  
vitæ. Quàm pretiosus est panis vitæ, tanto in pretio esse deberet vita,  
cujus est Panis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

**Eccles. 2.** portum ducit. Sustine sustentationes Dei; con-  
jungere Deo & sustine, ut crescat in novissimo  
vita tua.

Contemplare attentius in discipulis quam  
sæpè audivisti proxim virtutum quæ distingui-  
tur quæ sunt nostræ potestatis, quæ non sunt.  
Vide ut laborant remigando, hoc enim pos-

sunt: sed cùm flançem ventum non possint re-  
tardare, non hoc tentant, non id laborant. Sic  
tu semper in omni casu vide quid possis, & in  
Domino effice. Quod minimè vero possis, ac  
quiesce sic volenti Deo. Si quid autem videris  
perdere. Credere Deo & recuperabit te. Vide in 1. Libid.  
parte, Dom. 4. post Epiphani.

## FERIA QUINTA. DE SANCTISSIMO SACRAMENTO UT EST PANIS VITÆ.

*Ego sum panis vita.* Joann. 6.

### VERITAS PRACTICA.

Quam pretiosus est panis vitæ, tanto in pretio  
elle deberet vita cuius est panis.

VEL SIC:

Quam parum pretiosus tibi sit panis vitæ, appa-  
ret ex parvo pretio in quo illam habes vitam.

**RATIO EST.** Quia finis & media sic inter-  
se convenient, ut ex unus estimato pretio,  
colligatur & aliud.

Sed panis vita & vita spiritualis quam in parvo  
habes pretio, habent se per modum finis &  
medii.

Ergo quam parum pretiosus tibi sit panis vita ap-  
paret ex parvo pretio in quo illam habes vi-  
tam. Quod quia nefas est dictu, discere ranti es-  
se faciendam illam vitam, quam ipsum pa-  
nem vita.

### I. PUNCTUM.

**C**UM Dominus venisset Capharnaum, cō etiam convenerunt Iudei cū  
ex illis ipsis multi qui in deserto pasti er-  
ant, tum ex aliis plurimi qui hoc mira-  
culo fuerant excitati, atque ejus videndi & allo-  
quendi miro desiderio tenebantur, qui sic suos  
alceret & soveret. Post aliquos autem sermones  
ultrò citrōque habitos, cō tandem Dominus orationem devolvit ut occasione panum quos  
pridie multiplicaverat in eorum conspectu, de  
pane sacramentali seu de Sacramento Corporis  
& Sanguinis sui sub specie panis & vini relin-

quendo, suscidererit prout habetur capite  
sexta S. Joannis. Nos inde tria duntaxat in tres  
sequentes dies deducemus, unde ex frequenti  
hujus SS. Sacramenti usu discamus esse spiritu-  
ales, cœlestes & quos vocant divinos homines.

Ac primò quidem hodie spirituales in hæc  
Christi Domini verba: *Ego sum panis vita*, id est,  
vitæ spiritualis quæ disponitur ad beatam & æ-  
ternam. Et quia in hoc maximè deficitus, quod  
vitam illam in praxi non satis estimemus, in id  
principiū nobis incumbendum est, ut intelligamus  
quanti sit à nobis facienda. Non possumus  
autem certius intelligere quam ex comparatio-  
ne ipsius panis & vitæ, quæ comparatio talis est  
ut quam pretiosus est panis vitæ, tanto in pre-  
tio esse deberet vita cuius est panis: seu quod  
idem est, quam parum pretiosus tibi sit panis vi-  
ta, appareat ex parvo pretio in quo illam habes  
vitam.

Sic proposita veritas si attente consideretur  
erit forte efficacior, cùm in id consentire nimis  
refugiat animus ut parum estimemus panem il-  
lum qui Christus ipse est. Et verò manifesta est  
ratio quæ id convincit: quia videlicet tanta est  
collatio finis & rei cuiuslibet quæ propter il-  
lum finem facienda proponitur, ut quantum si-  
nis estimatur, tantum resallá estimetur cuius  
estimatio tota derivatur à fine. Vide quæ su-  
pra dicta sunt de mediis ad finem: nam idem  
concludunt de fine ad media.

Proponatur duobus viris idem labor ad ho-  
norem consequendum quis eorum putas labo-  
rabit impentius? Nonne is certè qui honorem  
magis estimabit? Cur pro pecuniis tantus labor  
assumitur: pro virtute nullus? Quia plus pecu-  
nia & estimantur quam virtus. *Pecunia obediunt  
omnia,*